Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



177

ihu. Nemo militans deo implicat
se secularibus negotiis. ut ei placeat cui se
probauit. Nam qui certat in agone non corona
bitur. nisi legitime certauerit. Laboramen
agricolam oportet primum de fructib
percipere. Intelligere que dico. dabit enim
tibi dominus in omnibus intellectum. Memor
esto ihm xpm resurgere se a mortuis. Eug.
Ego sum uitis uera. Marci eug. l. Ezechielis. p.
Similitudo uultus quatuor animalium.
facies hominis et facies leonis a dextris
ipsorum quatuor. facies auem bouis a sinistris
ipsorum quatuor. et facies aquilae desuper ipsorum
quatuor. et facies ipsorum et pennae eorum exten
te desuper. Duae pennae singulorum iungebantur.
et duae tegebant corpora eorum. et unum quisque
eorum coram facie sua ambulabat. Vbi impetus
erat spiritus illuc gradiebantur. nec reuertebantur
cum ambularent. Et similitudo animalium.
et aspectus eorum quasi carbonum ignis ar
dentium. et quasi aspectus lampadarum.